6.15

Ms. 208, p. 14

rotam facit minorem. et medianum usque ad maiorem crescendo circuli circa circulos designat. Ita xps procul dubio passionem suam in medio terrę de loco sepulcri vel passionis ęqualiter quantum inde in orientem ubi luna levat ita usque in occidentem ubi occidet. et quanto spatio a luna usque ad secundum cęlum tantum usque ad tertium et inde usque ad quartum ubi sol est. Et sic ęqualiter usque ad septimum cęlum tantum spatio distat inter caelum et cęlum. Sed hic interrogatur qualis est figura caeli et statura stabilis vel volubilis credendum est quales partes eius sunt ysidorus hęc omnia ostendit et exemplis confirmat dicens. Hunc autem cęlum volubilem atque rotundum esse dixit cuius spera supra aquas posita esse fertur ut in ipsis evoluatur eiusque incendium (a>s) temperant. quia ex nimio cursu suo circa mundum et axem multum excalesceret nisi aquis temperaretur. Cęlum autem ab oriente in occidente semel in die ac nocte verti credunt sapientes cuius parte sunt septem cous axis. clima cardines. conexa (!). poli. chemisphera. Cous quid est id quod cęlum continetur unde ennius ait uix solum conplenere terroribus cęli. Axis quidem linea recta totum per mediam (n>a) pilam sphęrę tendit. Clima quid est id cardo cęli. cardines quid id extremę partes |